dies 26. Hic et Dioscorus sub contentione ordinati sunt, sed Dioscorus eodem tempore defunctus est, Bonifacius sedem tenuit.

Mercurius n. Romanus ex patre Proiecto de Celio Monte sed. a. 2. m. 4. d. 6. H. ord. ep. 11. pr. 15. LVIII.

Agapitus n. Romanus ex patre Gordiano presbitero sed. m. 11. d. 19. H. ord. ep. 11. di. 4. LVIIII

Silverius n. Campanus ex patre Hormisda episcopo Rome sed. a. 1. m. 5. d. 11. H. ord. ep. 18. pr. 14. LX

Vigilius n. Romanus ex patre Iohanne consule sed. a. 17. m. 6. d. 26. H. ord. ep. 81. pr. 46. di. 16. LXI.

Paelagius n. Romanus de patre Iohanne Vicariano sed. a. 11. m. 10. d. 18. Hic est ordinatus a duos episcopis et ab uno presbitero. H. ord. ep. 49. pr. 26. diac. 9. LXII.

Iohannes n. Romanus ex patre Anastasio sed. a. 12. m. 11. dies 26 +/. Hic amavit et restauravit cimiteria sanctorum martyrum et constituit per singulas dominicas oblationes et luminaria ibidem agere. H. ord. ep. 61. pr. 28. di. 13 LXIII.

+/ XXVIIIII (parva rasura)

Benedictus n. Romanus de patre Bonifacio sed. a. 4. m. 1. dies 28. H. ord. ep. 91. pr. 15, di. 3. LXIIII.

Pelagius n. Romanus ex patre Unigildo sed. a. 10. m. 2. d. 10. Eodem tempore tante pluviae fuerunt ut omnes dicerent quia aque diluvii superundarent et talis clades qualis a seculo nullus meminit fuisse. H. ord. ep. 48. pr. 28 di. 8. LXV.

Gregorius n. Romanus ex patre Gordiano sed. a. 13. m. 6. d. 10. Hic exposuit homelias 40 et moralia Iob et super Ezechielem LXVI